EPISTOLA
P. FRANCISCI TVRRIANI
SOCIETATIS IESV,
De ratione diſpenſationis bonorum Eccleſiaſticorum.

Coll. Rom. Soc. Jesu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ de facultate Superiorum.

Apud Franciſcum Zanettum, & Bartholomæum Toſium, ſocios. M D LXXVII.

REVERENDISSIMO D. GONZALO Herrera Epiſc. Laodicen.

Franciſcus Turrianus *Societatis* IESV.

QVIA ex literis tuis po-
ſtremis intellexi pro-
poſitū eſſe D. Liermo
Epiſcopo Mōdonięſi
ſcribere de bonis ec-
cleſiaſticis: & quid
ipſe de ratione eis u-
tendi ſentiā, cupere ſcire: faciam, & quod
amicus tu⁹ a me petit: & quod ego ei pro
ſua in me beneuolentia, & ſtudio atq; offi
cio mea de cœlibatu ſcripta (vt ſcribis) de-
fendendi, debere mihi videor. Tametſi
poſt tā multa de hac re a duobus magnis
viris ſępius vltro citroq; magna concerta-
tione diſputata, & ab altero eorum vtriuſ-
que Iuris conſultiſſimo veritate tam ſub-
tiliter limata, & tot ac tantis argumenta-
tionibus, & auctoritatibus canonicis gra-
uiſſime concluſa, fortaſſis actum agere vi-
deor. Sed ſi nihil aliud in hac ſcriptione
proficiā: in re honeſta amicis morem ge-
rere operæ pretium eſt. Et quia eadem re-
petere nec opus eſt: neque ſine faſtidio le-

gentis,& ſcribentis fieri poteſt: inueſtigabo paulo diligentius, ſi quid forte ab illo grauiſſimo patrono, & fortiſſimo propugnatore veritatis nobis relictum eſt, quod ad propoſitū ei finem epiſcopos, eccleſiā, & pauperes adiuuādi pertinere poſſit. Bona igitur eccleſiaſtica ſic data ſunt domino, cuius ſunt, vnde κυριακὰ, ideſt, dominica in apoſtolicis conſtit. appellantur: ſicut tempore apoſtolorum dederunt Ananias & Sapphira vxor pretium agri, quē vendiderant. Deo enim dederunt, non hominibus: ſicut ſcriptura teſtatur, cum ait: Cur tentauit Satanas cor tuū mentiri ſpiritui ſancto? non es mentitus hominibus, ſed Deo. Deo igitur dederant: cui oportebat fidem ſeruare, & non fraudare eū, auertendo partem doni oblati. Huiuſmodi ergo bona Deo oblata Deus ipſe poſtea (ſicut a ſanctis apoſtolis in eorū conſtitutionibus traditum eſt) dedit epiſcopis, & alijs miniſtris tamquam operarijs cibo ſuo dignis: ſicut ait Euangel. Matth. Cum vero cibum dixit, ea intelligi voluit, quæ naturę neceſſitas poſtulat. Vt canon apoſtolorū 41. & Synod. Antiochena canone 25. interpretantur. his enim indigent miniſtri. Quod

ſi

ſi ex donis Deo oblatis, opes miniſtris ecclesiæ Deus conceſſiſſet, & non neceſſaria tantum: opes, ſiue diuitias, & non cibū vocaſſet, quo dignos eſſe dicit miniſtros eccleſię, tamquā mecede ſua. Hoc enim contentos eſſe vult: & non amplius ſibi ſumere: ſicut apoſtolus ait, habentes alimēta, & quibus tegamur, his cōtenti ſimus. Quod quidē de epiſcopis in primis dixiſſe, qui in locū apoſtolorum ſucceſſerūt, teſtis, & interpres eſt idem canon Synodi Antiochenę 25. qui ſequens canonem apoſtolorū, epiſcopo concedit, vt ex bonis eccleſiaſticis accipiat, quæ (inquit) opus ſibi ſunt ad vſus ſuos neceſſarios, & hoſpitum: vt nihil eis deſit ſecundū apoſtolum dicentem, habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Et apoſtolica cōſtitutio libro 2. cap. 24. Sumat (inquit) epiſcopus ex bonis eccleſiaſticis, alimenti quantū ſibi ſufficiat: in indumentum, quantū neceſſitati & honeſtati congruat. Quod ſi aliunde ſuppetat illis ad viuendum, & ſunt fortaſſe diuites, licebit eis dare bona ſua, quibus videatur ſecundum canonem apoſtolicum 40. & de euangelio viuere, ſicut dn̄s ordinauit, ſumentibus ex bonis eccleſiaſti

cis(vt iam diximus) quantũ ſibi & familiæ atq; hoſpitalitati ſufficiat, tamquam qui ſint & indigentes & operarij: vt quod accipiũt, ſit eis merces, qua ſunt digni propter opus miniſterij: quę vero ſuperſunt, aliorũ egentium ſint. Omnino enim huiuſmodi bona donata ſunt Deo. Quę ideo græce dicuntur δῶρα idest: dona, quæ dari ſolent etiam non indigenti, vt certe nulla re indiget Deus: cui donãtur. Cum vero dat Deus miniſtris eccleſię iſta dona ſua: quia iam tamquam indigentibus dat: non δῶρα ſed δόματα vbique & ſcriptura, & apoſtolica conſtitutio vocare ſolet. Sunt enim δόματα, quę data interpretari ſolemus: ea quæ indigentibus dantur. Notauit hanc vim verbi huius Sãctus Maximus Dionyſiij Areopagitæ ſcholiaſtes in quæſtionibus & reſponſionibus ad Thalaſſium. Sic Paul. in epiſt. ad Philippen. c. 4. vſus eſt hoc verbo, cum ait: & Theſſalonicam ſemel & bis mihi in vſum miſiſtis: non quia quæro datum: gręce eſt δόμα. In quo digna eſt admiratione ſcripturæ ſanctę prouidentia: quę eo verbo in mercede miniſtrorum eccleſiæ vtitur, quod eos ſtatim redarguere poteſt, ſi non contenti cibo ſuo, plus appetant,

tant,

tant: ideſt, ſi ex poſſeſſionibus & bonis ecclesiaſticis plus ſibi ſumant: quã quod eis ad vſus vitę neceſſarios honeſtos, & decentes ſufficiat. Continuo enim eos rogabimus: iſta, quę ſuperſunt neceſſitati, quo nomine vocabuntur? δῶρα enim, ideſt, dona, non ſunt: quæ dari ſolent etiam non indigentibus: vt idem quoque Sanctus Maximus notauit. Deus autem iſta dona ſua, ideſt, ſibi oblata, non dat miniſtris eccleſię tamquã non indigentibus: ſed potius dat in cibum, ideſt, ad neceſſarios vſus vitę, velut indigentibus: vt canon apoſtolorum nos docet. Neq; rurſus ſunt δόματα ideſt, data: quia hæc indigentibus dantur, Iſta autem ſuperfluunt iſtis: nõ igitur iſtorum ſunt, quę iſtis, neq; tamquam non indigentibus a domino Deo donata ſunt: neque tamquam indigẽtibus data. Nemo enim indiget ſuperfluis. Reſtat ergo, vt ſint aliena, & diſtribuenda quibus debentur, & quorum ſunt: vt ſi non diſtribuantur: inique ablata ſint: ablata dico egẽtibus, quorum ſunt. Quod ſi ablata ſunt, iuſtitia poſtulat, vt reſtituantur. Deinde, ſi epiſcopi veri & legitimi domini fructuũ poſſeſſionum ſunt: cur eos ſcriptura ſancta, & apo

 ſtolica

ſtolica doctrina a Clemente Petri & Pauli diſcipulo ſcripta, & apoſtolici pontifices œconomos, ideſt, diſpenſatores, & procuratores vocant? aut ſi œconomi ſimul & domini ſunt, conſequens eſt, vt partim horum bonorum eccleſiaſticorũ tamquam propria eorum ſint: ea ſcilicet, quę ipſis eccleſię miniſtris ad vſus vitę neceſsarios opus ſunt: partim non propria, ſed ipſis a Deo cōmendata, & concredita: tamquam fidelibus œconomis. Quod ſi œconomi, ſiue diſpenſatores eorum ſunt, quæ neceſſitati ſuperſunt, an ratio iuſtitię naturalis nō docet, ſi œconomus auertat ſibi & ſuis vſibus, quę diſpenſanda erant, ea reſarcire, & compenſare debere? aut certe ſi non debet, non œconomus, ſiue diſpenſator; ſed dominus eſt epiſcopus: & mentietur ſcriptura, quæ œconomos ſiue diſpenſatores vocat: vt apud Lucam in parabola, cum ait: Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens? (Grecè eſt œconomus) quē cōſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram? Quem locum de diſpēſatore ſpirituali & non ſęculari, eccleſiaſtico & non ciuili, neceſſario ſecundum ſcripturam illigēdum

eſse

eſse,ſatis (vt opinor) probaui lib. 5.defenſionis epiſtolarum pōtificum apoſtolicorum c. 9. aduerſus Magdeburgenſes Centuriatores. Sic etiam vocat apoſtolica conſtitutio lib. 2. cap. 24. cum ait: Vos epiſcopos oportet, non magnas impenſas facere: neque donis Dei tamquam alienis, ſed tamquam propriis Dei vti, vt bonos œconomos, ſiue diſpenſatores Dei decet. Deinde ſubiungit. Sumat ergo epiſcopus alimenti quantum ſufficiat: in indumētum, quantum neceſſitati, & honeſtati conueniat. Itē c. 35. Dabis, inquit, ſacerdoti quæ ei debentur, primitias areæ, torcularis & oblata pro peccatis: tibi enim conuenit, vt largiaris: illi vero tamquam œconomo, & adminiſtratori rerum eccleſiaſticarum, vt diſpēſet: caue tamen ne epiſcopum ad rationes uoces: neq; diſpenſationem eius obſerues, quomodo, aut quibus, aut ubi, utrum bene, an ſecus: habet enim ratiocinatorem Deum, qui hanc illi œconomiā, ſiue diſpenſationem in manus tradidit. Deum dixit ratiocinatorem epiſcopi, ne licentia, & impunitas a iudicio hominum, illecebra ei eſſet male diſpenſandi. Sic quoq; apoſtolici pōtifices epiſcopos olim

uoca-

nocabant: ſicut ex ſcriptura ſancta, & ex apoſtolica traditione didicerant. Vnde Alexand. primus in epiſtola 1. Quod autem (inquit) ad alios iudices prius nõ debeāt, quam ad ſe (ſic enim eſt in exemplari Vaticano manu ſcripto) ſacerdotes uel actores accuſari: ita a tempore apoſtolorum obſeruatum & definitum inuenitur. Epiſcopos, qui ſunt (ſicut Clemens Romanus vocat) ſacerdotes populorum, vocat Alexander actores eccleſiæ ſuæ. Sic enim legendum eſt, ſicut in vetuſtis exemplaribus manu ſcriptis ſcriptum reperitur: & non auctores vel rectores, quos priuſquam accuſentur, conueniri vult Pont. Alexand. ab iis, qui in eos querelā habent. Oeconomos enim Græcè, quos nunc, vt antea dixi, diſpenſatores interpretari ſolemus: olim interpretati ſunt actores, id eſt, adminiſtratores, ſiue procuratores. Teſtis eſt interpretatio Latina antiquiſſima epiſtolæ ad Galatas: in qua verbum œconomi græcū ſic tranſlatum eſt, cum ait c. 4. quāto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo: cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus a patre: pro actoribus græce eſt

œcono-

œconomis: Et in vetuſtiſſima interpretatione Irenęi lib. 4. c. 44. in fine: quis igitur (inquit) fidelis actor bonus & prudẽs. Locus eſt euangelij Lucæ 12. in quo œconomus eſt Græcè, latinè, diſpenſator: pro quo interpres Irenæi (vt dixi) actor vertit. Sic etiam vocat epiſcopos Anacletus in epiſt. 3. actores eccleſiæ, ideſt, œconomos, vel diſpenſatores. Ego (inquit in Hexaemero magnus Baſilius) cum fœnũ audio, fœnum intelligo: cum piſcem, piſcem: omnia enim ut dicta ſunt, ſic accipio. Similiter nunc dicendũ eſt: nos cum epiſcopos œconomos & diſpenſatores audimus, œconomos & diſpenſatores intelligimus. Nomen igitur, quo ſancti apoſtoli epiſcopos œconomos bonorum eccleſiaſticorũ vocauerũt, vt Clemens Romanus in cõſt. apoſt. teſtatur, & nomen item, quo ipſa bona eccleſiaſtica eis data δόματα, ideſt, data indigentibus appellarunt, hæc inquã nomina, voluerũt ipſi illi ſancti apoſtoli, vt perpetuo epiſcopos admonerẽt, debere eos contentos eſſe neceſſarijs ad vſus vitę: reliquorum vero ad diſtribuendum tantum in vſus egentium poteſtatem eis fieri: vt ſi hoc non fecerint, ea quæ egentibus

fraudata

ſraudata fuerint, egentibus reddēda ſint. Si quod apoſtolus Timotheo in epiſt. 2. ſcripſit omnibus ſcriptū eſſe voluit, cum ait, formam habe ſanorum verborū, quæ ex me audiſti in fide, & in dilectione in Chriſto Ieſu domino noſtro, qui œconomos, & diſpenſatores, quos ſcriptura ſancta, & traditio apoſtolicę doctrinę, & pontificum apoſtolicorum cōſuetudo vocat, dominos potius vocant, & faciunt, & diſpenſationem, ac procurationem bonorū domini in dominium vertunt, quomodo iſti formam habent ſanorum verborū in fide creditę diſpēſationis, & in dilectione pauperū in Chriſto Ieſu domino noſtro, & epiſcopo animarum noſtrarum, cui primum bona ipſa oblata & donata ſunt? Rurſus idem apoſt. in epiſt. ad eundem: Si quis (inquit) non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quę ſecundum pietatē eſt, doctrinę, ſuperbus eſt, nihil ſciēs, ſed languens circa quęſtiones, & pugnas verborum: at qui ex numero eſt ſanorum ſermonum domini noſtri Ieſu Chriſti. & ad doctrinam, quæ ſecundū pietatem eſt, pertinet ſermo, qui tradit ſecundum ſcripturam, & apoſtolicā doctri-

nam,

nam,& apoſtolici canonis cōſtitutionem, bona eccleſiaſtica Chriſto domino donata eſse:& eorum œconomos,&procuratores epiſcopos eſſe:cui ſermoni ſano,& pietatis pleno, qui non acquieſcit,qualis ſit, apoſtolus dicit,non ego. Et iterum in extrema parte epiſtolę, O Timothee,inquit, depoſitum cuſtodi,deuitans profanas vocum nouitates:depoſitum vocat,vt doctus Tertul.in lib.de pręſcription. hęretic. ſentit,apoſtolicam doctrinam eccleſię catholicæ traditam, quę inſtar depoſiti fideliter in ea cuſtoditur: a qua qui diſcedit, is inducit vocum,ideſt,vt Vincent. Lirinen.vetus & grauis auctor interpretatur,dogmatum, rerum, & ſententiarū nouitates profanas:quę nihil,inquit,habent ſacri, nihil religioſi,& ab eccleſia, & templo Dei ſunt alienę.At nemo iam ignorat,vocari,vt ſupra docui,epiſcopos in euang.in apoſtolica doctrina& apoſtolicis cōſtit.& in epiſtolis pontificū apoſtolicorū œconomos, diſpenſatores,procuratores, actores,& admi niſtratores.Qui ergo eos bonorū eccleſiaſticorū dominos dicunt, & faciunt, fidem apoſtol.doctrinę eccleſijsDei traditę inſtar depoſiti crediti violant, &profanam vocis

nouitatẽ introducunt. Denique ſi corrum punt bonos mores colloquia praua, vt apoſt. in epiſt. ad Cor. priore ait, dictũ Menãdri comici approbans, profecto ad colloquia praua ptinet dicere: epiſcopos dominos eſſe bonorũ eccleſiaſticorum: ſiquidem ad auaritiam, & non ad largitatẽ miniſtros eccleſiæ hæc vox inuitat: quos apoſtolus vult habentes alimenta, & quibus tegantur, his cõtentos eſſe. Sed ne iam amplius, ſi qui adhuc contradicunt, ſubterfugiendi locum cogitent, & in aperto latebras quærant, imponat finem diſputationi apoſtolica conſtitutio a Clem. Ro. lib. 2. c. 24. deſcripta: quæ ſic ait: Quę ſecundum mandatum Dei tribuuntur, decimas dico, & primitias, inſumat epiſcopus, vt homo Dei: quæ cauſa, & ratione pauperum ſponte offeruntur, diſtribuat decenter in pupillos, in viduas, in afflictos & calamitoſos, in hoſpites egẽtes: tamquam qui Deũ habeat harum rerum ratiocinatorẽ, quarum œconomiam, ideſt, procurationẽ ei commiſerit. Impartite ergo epiſcopi cum iuſtitia omnibus indigentibus, & vos vtimini bonis domini, ſed non abutimini: edite ex eis, ſed ne ſoli ea deuoretis: quin

potius

potius cõmunicate cum egentibus: & declinate offenſionem Dei. Non dixit, impartite omnibus egentibus cũ miſericordia, aut charitate, ſed cum iuſtitia: ne quis diceret (vt iam quidam dixerunt) nõ eſſe reſtituendum, ſi quis eos fraudaret, quibus impertiendum erat: quia lex non iuſtitiæ ſpecialis, ſed lex charitatis impartiri iuberet. Iubet igitur lex apoſt. conſt. cum iuſtitia diſtribuere omnibus egentibus, vt cuiuſq; ratio, & neceſſitas poſtulauerit: quod quidem ad iuſtitiam diſtributiuam pertinet: Ergo qui hanc iuſtitiam in diſtribuẽdo non ſeruauerit, quę in alios vſus conuerterit, ea per legem iuſtitię ſpecialis & cõmutatiuę reſtituere egentibus debebit: hęc enim eſt, quæ id, quod in eo, quod diſtribuendũ erat, fraudatum eſt alijs, emendare & corrigere debet: vt docet S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 1. in reſpon. ad 3. Deinde, quia propter charitatem Dei & proximi ſeruanda eſt hęc iuſtitia in bonis dñi in vſus egẽtium diſtribuendis: idcirco eadem apoſt. conſt. de lege etiã charitatis in proximum admonet ſubiungens: etenim ſi iſta bona ſoli inſumpſeritis, illud vobis tãquam inſatiabilibus, & qui ſoli ea comedatis, exprobrabit

probrabit dñs: Lac deuorabatis, & lanis operiebamini, & in alio loco. An ſoli in terra habitabitis? quocirca iuſſum eſt (inquit) vobis in lege: Diliges proximum tuũ ſicut te ipſum. Non ſolum igitur lex charitatis iubet epiſcopis bona dñi, ideſt, eccleſiaſtica cum omnibus egentibus cõmunicare, hoc ipſum enim iuberet quãuis omnia bona eccleſiaſtica epiſcoporũ eſſent, vt ſunt patrimonij bona, ſed in primis lex iuſtitię diſtributiua hoc iubet: quia non ſunt epiſcopi, ſed cõmunia omniũ egentium. ob hanc cauſam prius de iuſtitia admonuit & pręcepit, quã de charitate apoſtolica conſtitutio: licet ſit charitas excellentior virtus; ſed quam habere epiſc. non poteſt; niſi illam iuſtitiã bona dñi in vſus omniumegentium diſtribuentem ſeruet. Subiungit deinde apoſtolica conſtit. Atq; hæc quidem dicimus: nõ vt laboribus veſtris non fruamini (ſcriptum eſt enim non alligabis os boni trituranti) ſed vt moderate cum iuſtitia fruamini. Ecce iterum iuſtitia in ijs etiam ſeruanda, quæ epiſcopi vſui deputata ſunt. Iniuſtitia ergo eſt epiſcopũ bonis eccleſiaſticis ad vſus ſuos, & familiæ, immoderate vti. Tantum enim ſit

epiſcopi

epiſcopi propriũ ex bonis eccleſiaſt. ad viuendũ ex eis,aut ad dãdũ,cui velit, ſi malit ex patrimonio viuere, quantũ eidẽ ad vſus neceſſarios & decentes ſecundũ gradũ & locum,quẽ tenet, neceſſariũ eſt.Ergo ſecũdũ apoſtolicã cõſtitu.epiſcopus qui ijs,quę ſpecialiter vſui eius deputata sũt;immoderate vtitur,ita vt immoderata ſibi retineat, & alijs egẽtibus nõ ſubueniat,nõ ſolũ peccat,vt in bonis patrimonij ſui ſimiliter vtẽdis peccaret,ſcilicet,contra debitũ charitatis;ſed etiã contra debitũ iuſtitiæ in primis peccat. Ac fortaſſe, quod dixit S.Tho.2.2. q.185.eandem rationem videri in his immoderate vtendis, vt de bonis proprijs,nõ aſſeuerãter affirmauit, ſed dubitãter dixit; cum ait,videtur eſſe eadẽ ratio. Subiungit poſtea eadẽ apoſtolica conſtit. vt igitur cũ bos in area operatur, ore nõ alligato,inde paſtum capeſſit, nõ tamen totum,quod in area eſt,ab eo depaſcitur: ſic etiam vos cũ in area, ideſt, in eccleſia dei operã exercetis,edite ex eccleſię bonis. En igitur, quod bos in area ore capit, dũ laborat meſſem terendo,exemplũ eſt,& in vetere ſcriptura; vt Apoſt. Paulus interpretatus eſt, figura fuit eius partis ſiue portionis, qua epiſc.

B con-

contentus eſſe debet. ſiue ipſe ex ſumma nondũ diſtributa bonorũ omniũ eccleſiaſticorũ alioqui cõmunium ſibi ſumat: ſiue iam antea facta partitione bonorũ dñi in clericos, in fabricã, in pauperes; nihil enim refert: nec enim quia pars epiſcopi maior alioqui, quam vſus neceſſarij, & decentes moderate requirunt, inuenta eſt ſpecialiter eius vſui deputata; idcirco totam, quantacũq; ſit, ei deuorare ſine crimine iniuſtitiæ licebit: abſit. nõ ita eſt ſecũdum apoſtolicam conſt. nec hoc vnquã S. Tho. ſenſit. De ea igitur parte loquitur S. Tho. quã vocat ſpecialiter vſui epiſcopi deputatam: in qua videri, dicit, per immoderatũ vsũ peccare. ſicut in proprijs bonis: in qua ſcilicet, nõ eſt notabilis ſupra neceſſitatẽ exceſſus; & latere poteſt. Sin vero ſit multus exceſſus, qui nõ poteſt latere; id ipsũ ſenſit, vt ratio naturalis & diuini iuris poſtulat, quod ſenſit, cum epiſcopus pluſquã debet de cõmuni ſumma ante diuiſionẽ bonorum ſumit: ita vt multus ſit exceſſus, qui latere (inquit) non poteſt. vnde videtur (inquit) bonę fidei repugnare; bonę fidei dicit, ſcilicet, diſpẽſationis ac procurationis bonorum eccleſiaſticorum creditæ. Ex quo fit, vt nõ ſolum

lum peccet mortaliter,ſed etiam reſtituere debeat;qa vbi bona fides creditę diſpenſationis ſeruata nō eſt, ibi alienū iniuſte ablatū eſt.Probat deinde apoſtolica cōſt.teſtimonio prophetæ Ezechielis, quod dicit de epiſcopi moderato vſu bonorū eccleſiaſticorū cū iuſtitia;ideſt, vt non plus iuſto ſibi ſumat,etiā ex parte ſibi aſſignata.Nō enim exprobrabit dn̄s epiſcopo, quod de lacte gregis manducat,& de lana ouium veſtiat. Quis enim(inquit apoſtolus)paſcit gregē; & de lacte eius non manducat? Sed exprobrabit ſecundum apoſtolicam doctrinam, quod lac gregis, vt inſatiabilis deuorat:& quod de aliorum lana veſtiat; hoc eſt,plus iuſto in cibos & indumēta ſibi ſumat.Hoc enim ſignificat apud Ezechielem,lac deuorabatis; & lanis operiebamini. & paulo poſt idem Ezechiel; paſcebāt(inquit)paſtores ſemetipſos:& greges meos non paſcebant: ſignificat immoderatos ſumptus in vſus ſuos feciſſe; & oues indigētes defraudaſſe paſtu neceſſario. In qua re quia iniuſtitia erat, minatur paulo poſt dn̄s, inquiens; viſitabo oues meas; & paſcam illas in iudicio: cum dicit,paſcam illas in iudicio, iniuſtitiam plane exprobrat paſtoribus.

Eſt igitur ſecundum ſcripturam apoſtolica cõſtitutione interprete, iniuſtitia in vſu immoderato partis epiſcopi, quod ſi iniuſtitia eſt; igitur opus eſt reſtitutione, quæ eſt actus iuſtitiæ cõmutatiuæ, vt quæ diſtribuenda erant egẽtibus, vt eorum communia, egentibus reddantur: aut in alios vſus pios collocentur. Immo, vt ſicut apoſtolus ait, omne os obſtruatur; neque verbum ipſum reſtitutionis propriũ in ſacris canonibus prætermiſſum eſt. Synodus enim Antiochena, quę grauiſſima eſt, & plures canones apoſtolorum renouauit, ac cõfirmauit, canone 25. renouans canonẽ apoſtolorum, epiſcopus (inquit) eccleſiaſticarũ rerũ habeat poteſtatem ad diſpenſandũ in omnes, qui indigent; cum omni reuerentia, & timore dei. participet autẽ & ipſe quibus indiget; (ſi tamẽ indiget) tã in ſuis, quam in fratrum, qui ab eo recipiũtur, vſibus neceſſarijs: ita vt nullo fraudentur iuxta ſanctum apoſtolum dicentẽ, habentes alimẽta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Deinde ſubiungit, quod ſi contentus his minime fuerit, ſcilicet, neceſſarijs, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos domeſticos vſus, & prouẽtus eccleſiæ vel agrorum do-

meſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, vel filijs tribuat, ita vt per huiuſmodi perſonas occulte res eccleſiæ lædātur; Synodo prouinciæ pęnas iſte pſoluat. ſic interpres vetus e græco vertit. Eſt autem hic pœnas perſoluere Synodo, rationes Synodo referre. hoc enim ſignificat, quod græce eſt εὐθύνας παρέχειν, quod vulgo dici ſolet, ſyndicari; cum quis rationē adminiſtrationis, quę fidei eius commiſſa eſt, repoſcitur: vt ſi quem fraudatum eſſe conſtiterit, confectis rationibus ſoluendum ſit. Iudicio ergo Synodi Antiochenæ, ſi epiſcopus non contentus neceſſarijs, plus in vſus domeſticos, aut domeſticorum, vel propinquorum inſumat, ſiue diuiſa ſint bona eccleſię, ſiue non ſint (nihil enim refert, neque Synodus quicquam referre iudicauit, quæ epiſcopum neceſſarijs, vt cunque ſit, omnino contentum debere eſſe ſecundum apoſtolicū canonē decreuit) cōtra iuſtitiam facit, & reſtituere debet. Immo ne quis ſententiam canonis vel malitioſa cauillatione eluderet, vel per errorem falſo exiſtimaret, hoc genus lędendi res eccleſiæ a Synodo prohiberi, cū epiſcopus prouentus eccleſiæ vel fructus agrorum non per presbyteros, & diaconos ec-

 cleſiæ

ecleſię tractat,ſed per domeſticos, & propin quos, ſiue fratres,ſiue filios, quibus poteſtatem eorum cum iactura rerum eccleſiaſticarũ dederit. Addidit canon; Si autẽ aliter accuſatur epiſcopus, aut presbyteri, quòd ea, quæ pertinent ad eccleſiam,vel ex agris, vel ex alia eccleſiaſtica occaſione, ſibi vſurpent;ita vt ex hoc pauperes affligantur,criminationi vero & blaſphemiæ tam ſermo prædicationis,quam hi, qui ſic diſpenſant, exponantur ; & hoc corrigi oportet ; ſancta Synodo, id quod decet, probante. Corrigi oportere dixit, qui e græco vertit, pro eo, quod eſt, reſtitui oportere. verbum enim græcũ διόρθωσις, quo vſa eſt Synodus, reſtitutionem proprie ſignificat. ſicut Ariſtot.in lib. 5.moralium docet, vbi eam partem iuſtitiæ,quæ commutatiua dicitur,quę in damnis & lucris æqualitatẽ conſtituit, διορθωτικὸν vocat, ideſt,partem iuſtitiæ,quæ in reſtituendo verſatur. Quomodocunque igitur epiſcopus non contentus ijs, quæ ad vſus ſuos neceſſarios decenter ſufficiunt, plura ſibi auertit cum egentium detrimento,is iuſtitiam non ſeruat:& corrigere ac emendare debet reſtituendo:vt Synodo prouinciæ decere viſum fuerit. hunc ca-

nonem

nonem non interpretatus, ſed ſecutus eſt Iuſtinianus in authen.3.vt deter.ſit nu.cler. vbi œconomis eccleſiarum iubet, ſi egentes a patriarcha, aut reliquis clericis defraudati fuerint, indemnitatē præſtare: quod quidem ſine reſtitutione fieri nō poteſt, vt in Synodo Antiochena ſancitū eſt. Poſtremo ſi quis adhuc iudicio ſynodi Antiochenę grauiſſimæ non acquieſcit; & inſuper ex iudicio dei futuro, quid in re ſit, ſcire cupit; videamus quid Iſidorus Peluſiota eruditiſſimus & sāctiſſimus pater ante annos prope mille ducentos in epiſtola ad Palladiū diaconū de iudicio in huiuſmodi epiſcopos futuro ſcripſerit, interpretemur latine. In altero (inquit) ſæculo pronunciabitur contra eū a iudice incorrupto in illo horribili tribunali; cum clamabūt eſurientes his vocibus: nos quidem neque cibos ad neceſſitatem naturę ab hoc accepimus; hic vero delicijs perfruens, & opes congerens, reliqua in honores ſplendidos inſumpſit. Nudi dicent; durior hic, & difficilior, quam hyems nobis fuit. Aegroti; grauior ipſa ęgritudine extitit. Pupilli; nullum patrocinium ab eo tulimus. Viduæ; non attulit nobis conſolationem. Incluſi in carcere; non ſtillauit in

nos lachrymam cõpaſſionis. Calamitoſi, nõ porrexit nobis manum ſubleuationis. &(vt ſummatim dicam)cum oẽs,quorũ eſt epiſcopus ordinatus, in eũ clamauerint: quid exiſtimas facturum eſſe iudicẽ incorruptum?an non grauiter puniet,quem nec honor fecit meliorẽ?omnibus ſane liquet, ita fore.Si quis vero non credit,pronunciationem ſententiæ in euangelio legere poteſt;Diuidet(inquit)eum,& partem eius cũ infidelibus ponet. hactenus Iſidorus. Hæc eſt ſententia,quam dñs in euangelio Lucæ ait,pronunciandam eſſe in illum diſpenſatorem, quem conſtituit dñs ſuper familiã ſuam,vt daret illis in tempore tritici menſuram.Ille vero percutiens ſeruos & ancillas,ſicut ait euangelium, cœpit edere,& bibere,& inebriari,ideſt,immoderate vti bonis eccleſiaſticis ſibi ad impertiendũ egẽtibus a Deo datis; quæ quidẽ qui nõ impartit,is egẽtes percutit fame,ac nuditate.Sed fingamus proficiſci hinc in alterũ ſæculũ huiuſmodi epiſcopum, dolẽtem quidem, non diſtribuiſſe egentibus,quæ ſuis vſibus neceſſarijs ſuperfuerunt, ſed non prouidẽtem,vt poſt mortẽ ſaltẽ diſtribuãtur, cum tamen poſſit. An continuo ſilebit illa, quã

dixi

dixi, egentium querimonia, & lamentatio? An muta erit accuſatio illa eſuriẽtium, & nudorũ? minime. Non enim illæ voces audiẽtur, quia hũc nõ pænituit ſuę in eos inhumanitatis & iniuſtitiæ; ſed quia inhumanius & iniquus in eos fuit: & quod eis abſtulit, aliis poſtea egentibus, qui loco priorum in vita remanſerunt, neque dum vixit, neque poſt mortem reddidit. Si igitur verum eſſet, in legem tantũ charitatis ac miſericordiæ, non autem in legem etiam iuſtitiæ eos epiſcopos peccare, qui pauperes eccleſiaſticis eleemoſynis defraudant; nullæ querelæ eſurientium, & nudorum illic audirentur, quia iniuſtæ eſſent: audientur tamen, vt hic grauiſſimus auctor, & ſanctiſſimus Iſidorus Peluſiota teſtatur; illa igitũ pænitentia ſine correctione reſtitutionis, non fuit vera pænitentia. Hæc enim eſt bonorum eccleſiaſticorum lex a domino eorum inſtituta, a ſanctis apoſtolis tradita, & eorum canonibus diuinis ſancita, vt ex eis clerus, cuius pars & hęreditas eſt dominus, ea tantum, quæ ad vſus vitæ neceſſarios opus ſunt, moderate tamquam ſua ſumat: reliqua vero tanquam non ſua, ſed domini propria, cum egẽtibus communi-

cet.

eet. Idcirco ſunt hæc eccleſiaſtica bona illę admirabiles diuitiæ, quas propheta Eſaias dicit prophetans de miniſtris noui teſta-menti; cum ait c.61. Vos autem ſacerdotes domini vocabimini miniſtri dei noſtri. Dicetur vobis, fortitudinem gentium comedetis. hoc dicit propter eorum, qui ex gentibus conuertendi erãt, largas oblationes poſſeſſionum, decimarum, primitiarũ, aliorumque bonorum, quæ fortitudinem & vires vocare ſolet ſcriptura; vt cum ait Eccleſiaſt. 14. ſecundum vires tuas porrigens da pauperi. Deinde ſubiungit Eſaias; & eritis in diuitijs eorum admirabiles. Quid enim admirabilius eſſe poteſt, quam eos, qui huiuſmodi diuitias quamuis ampliſſimas habent, ſic eas tamen habere, quaſi non habeant? ſic poſſidere; quaſi non poſſideant? quod quidem tunc fit, cum ii, qui ex clero ſunt, ex bonis eccleſiaſticis copioſis, quæ habent, ea tantum ſibi, familiæ, & hoſpitibus ſumunt; quæ ad vſus vitę neceſſarios rios ſufficiunt: reliqua in vſus omnium egentium collocant; quippe quæ eorum fidei ad diſtribuendum commiſſa ſunt. hoc ergo eſt in eccleſiaſticis ac dominicis bonis habere, & poſſidere ea tamquam non habentes,

habentes, neque poſſidentes,cum hoc modo & lege habentur, & poſſidentur. Qui autem epiſcopos faciunt bonorum epiſcopatus ſui dominos, & reliquos clericos ſuorum beneficiorum; ita vt quæ neceſſariis vſibus ſuperſunt, peccēt quidem,ſi aut auare ſeruent; aut immoderate inſumant; ſed non teneantur lege reſtituendi, quæ cū iniuria & damno egētium inſumpſerunt; nullam iſti admirabiliorem legē in bonis domini,quę dominus clero ſuo dedit,relinquunt,quam in patrimoniis ſęcularibus:& mendacem faciunt prophetiam, quæ prædixit de miniſtris eccleſiæ noſtræ futuros eſſe admirabiles in diuitiis domino oblatis.Diuitias enim non facit admirabiles copia ipſa; ſed earum vſus, & vtendi lex.Rurſus iſti, quod in tribu Leuitica, quæ euangelici cleri typus, & vmbra fuit,in veteri teſtamento figuratum eſt,carere volunt re & veritate in nouo. Vt enim leuitica tribus, quæ miniſtrabat tabernaculo teſtimonii, quod typus eccleſiæ noſtræ erat, ex donis deo oblatis alebatur, ſicut dn̄s ei ꝑ Moysē dixit; ero pars & hęreditas tua in medio filiorum Iſrael; ſic clerus ex bonis domino oblatis pro miniſterio ęccleſiæ ali debet.

Et ſicut

Et ſicut voluit dñs, vt tribus leuitica donis illis deo ablatis pro miniſterio tabernaculi cõtenta, nihil inter filios Iſrael in eorum terra, quam eis dñs dedit, & diuiſit, poſſideret; ſic voluit, vt præter ea, quæ ex bonis eccleſiaſticis dño oblatis ad edendũ & veſtiẽdum, & ad reliquum vitæ cultũ neceſſariũ & decentem clero ſufficerẽt, nihil reliquorum bonorum dñi dei tamquam propriũ more & lege ſæculariũ poſſiderent: ſed eorũ œconomi, & procuratores tantũ eſſent ad ſuppeditandũ egẽtibus, quod longe excellentius ac perfectus erat, & magis ſtatũ euangelij decebat; habere ſcilicet procurationem tantũ eorum bonorum ad largiendũ egentibus, quam nihil poſſidere, vt veteres leuitæ in terra Iſrael. Siquidẽ in non habendo, nulla cura aut ſolicitudo eſt; in habendo autẽ ad diſtribuendũ cum iuſtitia magna eſſe debet: quæ ſi fuerit magna, rurſus apud deũ & eccleſiã dei laus & gloria eſt. Hac igitur excellentia, & perfectione, ac laude euangelium, eccleſiam, & clerũ Chriſti priuant, & ſpoliãt, qui epiſcopos faciũt dominos bonorũ omniũ ſui cuiuſq; eorũ epiſcopatus: & ſimiliter in beneficijs reliquorum clericorum. Immo faciunt hac ra-

tione

tione multo melius ac perfectius prouiſū fuiſſe leuitis veteris teſtamenti, quam leuitis noui. Expeditius enim erat in veteri teſtamento ad obeundum miniſterium tabernaculi; nihil leuitas in terra filiorum Iſrael poſſidere, contentos donis deo oblatis; quam non contentos leuitas noui teſtament neceſſarijs a domino pro miniſterio datis, accipere ab eo inſuper, quæ non eſſent ſibi neceſſaria, niſi lege domini, qui ea dedit, tenerentur ad ſuppeditandum ea egentibus, tamquam aliena & nō ſua. Illud præterea dicendum eſt, tam neceſſarium eſſe epiſcopis prouidere omnibus egentibus, quæ neceſſaria eis ſunt, vt ſi non habeant ad tribuendum eis, ſecundum apoſtolicam conſtitutionem petere ab alijs debeant. Sic enim ait apoſtolica conſtitutio libr. 4. c. 8. idcirco accepiſtis datum leuitarum, oblationem populi, vt ſuppetat vobis, & egentibus, & non cogamini accipere ab iniquis: & paulo poſt; ſin vero datum non ſufficiat, denuncia fratribus, & collectam fac ad miniſtrandum orphanis, & viduis in iuſtitia. Hoc ipſum ſancti apoſtoli, quibus epiſcopi ſucceſſerunt, exemplo ſuo eos docuerunt; ſic enim Pau-

lus

lus in epiſtola ad Galatas ſcripſit: & cum cognouiſſent, gratiam, quę data eſt mihi, Iacobus, Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis; vt nos in gentes, ipſi autem in circuncisionem; tãtum vt pauperum memores eſſemus: quod ipſum ſolicitus fui, vt facerem. En beatus Petrus profecturus ad prædicandũ iudæis ſicut iam prędicauerat diſperſis per Pontum, Galatiam Cappadociam, Aſiam, Bithyniam, vt ipſe in epiſtola ſua priore ſcribit, & Paulus profecturus ad gentes a Hieroſolymis per circuitum vſq; ad Illyricum (vt ipſe ad Roman. ſcripſit) cum ſcirent hoc eſſe proprium paſtoris, nõ ſolum ſpiritualia gregi miniſtrare, id quod potiſſimum eſt; ſed egentibus ea etiam, quæ ad vitæ vſus neceſſaria ſunt, prouidere, communem curam pauperum habere voluerunt: vt diſcant epiſcopi animarum & corporum paſtores, ſi forte pauperes in dięceſi ſua non habent, aut ſupereſt eorum neceſſitati, alienis etiam pauperibus opitulari. Aut rurſus, ſi ex diœceſi ſua ad vſus ſuorum pauperum, quantũ ſatis ſit, colligere non poſſunt; vt aliunde quærant.

Cura enim pauperibus ſubueniẽdi cõ-

munis